cavit[a] ecclesiam sancti Petri in Colonia antiquam, in qua ipse idem habuit sepulturam ~~primus~~.[b]

### Hermannus.

24/ Vicesimo tercio loco sub prefato Arnolpho, nec non Ludowico III ~~tercio~~, Conrado I ~~primo~~, nec non Henrico I ~~primo~~ imperatoribus, sedit in episcopatu Coloniensis ecclesie venerabilis Hermannus cognominato pius, 35 annis, in dicta sancti Petri ecclesia tumulatus.

### Witfridus.

25/ Vicesimus quartus ascendit ad cathedram pontificalis ~~em~~ (dignitatis) Coloniensis ecclesie, sedens sub Henrico I ~~primo~~ supradicto, nec non sub Ottone I ~~primo~~ imperatoribus 25[a] annis, venerabilis presul Witfredus.

### Bruno primus.

26/ Vicesimo quinto loco ordinatus est ad Coloniensem ecclesiam venerabilis archiepiscopus Bruno I ~~primus~~, seditque sub dicto Ottone I ~~primo~~ et magno, cujus quidem erat frater et germanus, annis 12. Hic dum Otto frater supradictus moram faceret in Italia, recepto ab ipso imperatore procuratione galliarum et provinciarum cisalpinarum, latrocinantibus fortiter francigenis intulit bellum, et adepta victoria cepit urbem insignem parisiensem, et ipsam thesauris copiosis spoliavit. Idem etiam Bruno archiepiscopus ~~Kunonem~~[a] ducem Lothringie latrocinantem, bello victum in vincula coniecit, et iudicio fratris sui imperatoris reservatum, ab eodem ducatum Lothringie per sententiam dicti imperatoris et principum acquisivit et Coloniensi ecclesie applicavit, cum ante hec sua tempora archiepiscopi Colonienses sui antecessores non iudicio gladii temporalis, sed tantummodo iurisdictione baculi pastoralis usi ~~sunt~~ fuissent. Ipse insuper castrum Tuitiense propter frequentes adversitates rebellantium confregit, ~~atque~~ pontemque ultra fluvium Reni ex adverso civitatis Coloniensis deductam propter latrocinia frequenter de eodem commissa dejecit. Corpora etiam sanctorum Euergisli, Patrocli, Eliphii et Privati de diversis collecta locis Coloniam transtulit, una cum cathenis, quibus in carcere fuit vinctus sanctus Petrus, et cum baculo sancti Petri, quem ipse ex Metensibus extorsit. Ipse venerabilis presul multas ecclesias alias possessionibus donavit, multas dirutas vel dilapsas magnifice restauravit, alias quidem a fundamento erexit. Ad ultimum ipse idem cenobium monachorum ordinis sancti Benedicti ~~Pantaleonis monachorum videlicet~~[a] extra muros Colonienses instituit, ubi sepultus feliciter in domino requiescit. Idem quoque venerabilis pater primus Coloniam a tributis liberam esse fecit.

### Wolchmarus.

27/ Vicesimo sexto loco tenuit cathedralem infulam Coloniensis ecclesie, sedens sub Ottone magno et primo imperatore predicto annis ~~[illegible]~~ 4, venerabilis presul Wolchmarus.

### Gero.

28/ Vicesimus septimus successit in pontificio Coloniensis ecclesie, sedens sub imperiis dicti Ottonis I ~~primi~~ et filii eiusdem Ottonis II ~~secundi~~ annis 7, venerabilis Gero archiepiscopus, vir multum religiosus. Hic instituit abbatiam in Gladbach ordinis sancti Benedicti ~~[illegible]~~, sepultus Colonie in ecclesia sancti Petri. Iste, sicut fertur, per successorem suum, Warinum no-

a/ ~~reedificavit~~ dedicavit 2. 3.
b/ ~~deest~~ 1. 3 (et Gesta p. Col.

a/ 2 XXV 2. 3.

a/ deest 2. 3. Gesta p. Col.
a/ Kunonem addit 1; deest 2. 3 et Gesta p. Col.

a/ deest 1.

a/ P. m. v. deest 1.
Pantaleonis monasterium videlicet addit 2. 3.

~~vicesimus septimus 2.~~